BEDA VENERABILIS
Salzburg, St. Peter, 1. Viertel 9. Jh. Seite 63
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38278
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



successiones pontificū describuntur uix p annos singulos ministrate. Qui ergo iohannes
illum p̄dicare ueniebat qui & ex iudea quosdam & multos ex gentib: redempturus erat p regem
gentium & principes iudaeorum p̄dicationis eius tempore designantur; quia aut̄ gentilitas
colligenda erat & iudea p culpa perfidiae dispergenda. ipsa quoq: descriptio terreni prin
cipatus ostendit. q̄n̄m & in romana republica unus praefuisse describitur & in iudeae regno
p quasdam partem plurimi principabantur. Uoce enim n̄ri redemptoris dicit. Omne regnū
in seipso diuisum desolabitur. Liquet ergo q̄d ad finem regni iudea p ueneratur quae tot
regib: diuisa subiacebat. Apeste quoq: non solum quib: regib: sed quib: & iam sacerdotib:
actum sit demonstratur: ut quia illum iohannes baptista p̄dicaret quisimul & sacerdos existe
ret lucas euangelista p̄dicationis eius tempore p regnū & sacerdotium designauit.

L vii
Et uenit iohannes in omnem regionē iordanis praedicans baptismum
m viii
m ii
lo x
paenitentiae in remissionem peccatorum.

Cunctis legentib: liquet quia iohannes baptismum paenitentiae non solum p̄dicauit. uerū
& iam quib: dam dedit: sed tamen p baptismum suum in remissionem peccatorum dare non potuit.
Remissio & enim peccatorum in solo nobis baptismo xp̄i tribuitur; Notandum itaq: q̄d dicit
p̄dicans baptismum paenitentiae in remissionem peccatorum. q̄n̄m baptismum q̄d peccata
soluere & quia dare non poterat p̄dicabat, ut sicut incarnatum uerbum patris p̄currebat uer
bo p̄dicationis. Ita baptismum paenitentiae quo peccata soluuntur p̄currere & sub baptisma
te quo peccata solui non possunt.

Sicut scriptum ē in libro sermonū esaiae prophetae, uox cla
mantis in deserto parate uiā dn̄i rectas facite semitas eius.

Isdem uero iohannes baptista requisitus quis ē & respondit. Ego uox clamantis in desesto.
qui ideo uox ac pphetae uocatus ē. quia uerbum p̄ibat, qui & iam in desestum clamat quia derelictae
ac destitutae iudeae solacium redemptionis adnuntiat: quid aut̄ clamare & aperitur cum subdi
tur. parate uiā dn̄i rectas facite semitas eius. Omnis qui fidem rectam & bona opera p̄dicat.
quid aliud quam uenienti dn̄o ad corda audienditium uiā paret, ut haec uis gratiae pene
tret & ut rectas dō semitas faciat dū mundas in anima cogitationes p sermonē bone p̄dicationis format.

Omnis uallis implebitur & omnis mons & collis humiliabitur.

Qui hoc loco uallium nomine nisi humiles, qui montium & collium nisi sup̄bi homines desig
nantur. In aduentu igitur redemptoris ualles impletae. montes uero & colles humiliati
sunt quia iuxta eius uocem. Omnis qui se exaltat humiliabitur. & omnis qui se humiliat ex
altabitur. Uallis & enim impleta crescit. mons aut̄ & collis humiliatus decrescit. quia
nimirum in fide mediatoris dī & hominum hominis ihū xp̄i & gentilitas plenitudinem
gratiae accepit & iudea per errorem p̄fidiae hoc unde tumebat perdidit.

Et erunt praua in directa & aspera in uias planas.